UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S. Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, & singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad partis 4 Quæst. 1.2. & 3. Additio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61921

Visual Library

31 ſolus poſſet contradicere, prout evenit in caſu iſto, ubi magna pars Monialium, lic
non major, contradixit. *Suarez de leg. l.8. c.33. n.2.* & quamvis *idem Abb. n.21.* di-
cat prædictam non procedere, quandò per renuntiationem revertitur ad jus com-
32 mune; hoc tamen dictum quatenus verum in hac facti ſpecie non officit, propter
præjudicium Sedis Apoſtolicæ, cujus intereſt habere exemptos, ut ſupra dictum eſt,
& benè *Gaill. obſervat. 40. n.2. l.1.* quapropter meritò Ordinarius noluit ſimpliciter
33 recipere dictas Moniales, ſed reſervato beneplacito.

Et ita per Dominos causâ per binas vices maturè diſcuſsâ, fuit unanimiter con-
cluſum, perpenſis etiam omnibus in alia poſitione allegatis, & his quæ ulterius obj-
poſſent, cum ſua egeat celeri expeditione ob magna ſcandala, quæ in illis partibus hac
de cauſa quotidiè naſcuntur.

Ad partis 4 Quæſt. 1.2. & 3. *Additio.*

AD id quod in fine qu[illegible]onis tertiæ D. Auctor adducit de non uſu ſeu non receptione extravagantis Pauli II. quæ incipit. Ambitioſæ *vid Silveſt. in verb. excommunicatio 7. n. 83. Navarr. lib. 3. conſ. 10. de reb. Eccleſ. & in Man. c. 27. n. 149. Covarruv. variar. reſol. l.2. c.16. n.6.* ubi teſtantur in pluribus locis d. extrava-gantem receptam non fuiſſe, & pro hoc allegatur etiam quædam deciſio *Mohedan. 250. de reb. Eccl. non alien. & 219. de decim.* Verum cum ſupra *ad quæſtionem* 50. partis notaverimus vim & poteſtatem Conſtitutionum Apoſtolicarum non pendere à re-ceptione ſubditorum, non immeritò poſſet de hujus aſſertionis relevantia dubitari; & in terminis extravagantis Ambitioſæ expreſsè contrariũ reſolvit. *Pet. de Benintend. deciſ. 3. n. 9.* quem ſequitur *Redoan. de reb. Eccl. non alienand. quæſt. 58. n. 25.* ubi dicunt, quod cum prædicta conſtitutio diſponat prohibendo & pœnam imponendo, ſitque cum aliis impreſſa in corpore juris, ac quotidie Romana curia pro ejus obſervantia pronunciet, non poteſt dici, quod non ſit moribus ute[n]tium recepta: & ad ſummum dicta non receptio ſuffragari poſſet quoad evitandas pœnas & cenſuras in d. conſti-tutione comminatas, non verò quoad ipſam diſpoſitionem principalem, maximè cum ab Epiſcopis & Prælatis, qui à Papa confirmantur, juramentum exigi ſoleat, de non alienando inconſulto Romano Pontifice, ut appoſitè conſideravit *Laymann. in Theol. mor. l.3. tract. 4. c.10. n.10. verſ. atque hac dicta.*

* * *
* *
*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN